



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

17. An Confessarius possit imponere pœnitenti, ut satisfactionem pro peccatis impositam applicet pro animabus Purgatorij? Et ex doctrina hujus quæstionis infertur non solum pro defunctis, sed etiam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

damento es, porque la tal satisfacción fue dada imprudentemente, y el Confessor no tiene autoridad para imponer penitencias indiscutibles, y siendo la penitencia fuera de razon, no tiene el penitente obligación a cumplirla, como enseña la comun, y trata muy bien Villalobos. Esta doctrina mas en particular resuelve Vega y Pedraza, y entre algunos anis que da al Confessor, pone estos por essenciales, y resiere los que mas hacen al intento, y a la letra dice Pedraza. Algunos dan en penitencias, que no buelna a caer en tal culpa; y otros, que si cayeren en ella, que sean obligados a hacer tal cosa; de lo qual se ha de guardar mucho el Confesor, porque esto es armar lazo al que via suelto. Otros quieren tal cosa por las almas del Purgatorio, y es desconfiado, porque la penitencia se da para satisfacer por si y por otro, &c. Lagnal doctrina patrocina tambien el Dotor Iuan Sanchez con agudeza, y parece cosa dura, que deviendo Pedro mil Ducados, y queriendo pagarlos por si para que desse modo quede desobligado y libre, se le premisa a que aquella cantidad pague por Antonio que los dene a Marcos, y que por esto el tal Pedro, queda con las cargas y obligación de pagar: así al presente deve uno pagar segun los pecados cometidos pena comun de on an en purgatorio, debe feste aplicar penitencia saludable para que quede desobligado. Llega el confesor, y manda que satisfaga por otro, o por otros que estan en penas, y así queda el tal penitente cargado con aquella obligación, que a no satisfacer el por oro camino, saliendo desta vida con ella, es fuerza la pague en el penitencio, y así se aduertia y note, que ni misas, ni oraciones, ni lisonjas, las aplique el Confesor quando confessa a alguno, y le quiere imponer la penitencia por las animas, sino por el mismo penitente que es quien ha de satisfacer, como dice muy bien el Dotor Iuan Sanchez. Ita ille. Verum pro affirmativa sententia in dicta resolut, adduxi Turrianum tractat, de Pénitent. disputatione trigesima-prima, dub. 4. & quia Codex ratus est, ponam hic per extenum eius verba, sic enim ait. Recentiores aliqui autem dicere hoc non esse licitum, & probant quia opus illud est pars Sacramenti, & fructus eius est ipsi penitenti, qui recipit Sacramentum. Mibi placet primo, satisfactionem, ut habet effectum ex opere operato, non posse pro alio offerri, vel alteri applicari, quia effectus Sacramenti ex institutione Christi datum recipiente Sacramentum. Secundò existimo, satisfactionem, qua responderet operi penitenti, ex opere operantis posse pro altero offerri, & alteri applicari, quia hec non respondet soli recipienti sacramentum, neque talis est institutione, neque fundationem ad dicendum esse talem institutionem. Tertiò existimo, opus penale posse imponi penitenti cum obligatione, ut satisfactionem ex opere operantis offerat pro anima purgatorii; nihil est enim quod hoc impedit. Ratio vero contraria opinionis solam probat, effectum ex opere operato non posse pro alio offerri. Et hac sententia est in vsu apud doctissimos homines quos ego cognosco. Dices, illud potest esse pars Sacramenti, ergo non potest pro altero offerri. Ratio est, illud opus, ut habet effectum ut partem Sacramenti, non posse pro altero offerri, bene tamen ut habet effectum ex opere operato. An vero contraria opinio recentiorum habeat probabilitatem, dicam in censura Theologia. Ita Turrianus. Sed utramque sententiam probabilem esse ego existimo.

RESOL. XVII.

An Confessarius possit imponere penitenti, ut satisfactionem pro peccatis impostam, applicet pro antimabus Purgatori?

Et ex doctrina huius questionis infertur non solum pro defunctis, sed etiam pro vivis posse sacramentalem penitentiam imponi. Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 57.

S. I. **E**go alibi pro negativa sententia adduxi San-
cium, pro affirmativa Turrianum: sed haec
quaestio magnos excitauit rumores inter aliquos
Theologos his Romae existentes, & ideo nunc denud-
vulum est mihi illam pertractare. Dico igitur nouissimi-
mè, negatiuam sententiam Sancij, me citato, docere
Bordonum in cons. Regul. tom. 2. ref. 70. q. 4. n. 16. vbi
tinet, quod Confessarius nullo modo imponere po-
test penitenti pro satisfactione, ut reciter aliquam
orationem pro animabus Defunctorum. Probatur,
tum quia opus satisfactorium ex Sacramento Pénitentia-
triae præcisè institutum fuit pro delendis peccatis debi-
tis pro culpis, & peccatis iam remissis. & hoc ex pri-
maria sua institutione: ergo non est credendum, ad
alium finem, quam intentum à Christo Domino in
ipsum institutio. Tum, quia Sacraenta tantum
profunt recipientibus, & non aliis. Tum, quia Con-
fessarius super penitentem nullum aliud ius habet,
nisi in ordine ad salutem animæ eius: ergo illi præci-
pere non potest, ut orationibus impositis loco pénitentia
satisfaciat, & proficiat, neque enim penitentis,
quatenus penitens, neque simpliciter, ut suppo-
no, habet debitum orandi pro mortuis hic, & nunc:
ergo neque à Confessario cogi potest: in tantum enim
penitentis subditur Confessario in quantum penitentis
est; cum extra hunc actum, quandoque penitentis sit aliunde Superior Confessari; sub ratione
autem penitentis nihil debet mortuis, sed tantum si-
bi ipsi; altera eadem difficultas moueri posset favore
viuorum. Neque valet distinctione Turriani, quod Con-
fessarius possit imponere satisfactionem pro mor-
tuis ex ea parte, qua opus spectatur ex parte operantis:
quia vt sic, hoc tantum se tenet ex parte ipsius
penitentis, & Confessarius imponendo satisfactionem
iniungit id solum, quod decet ad perfectionem,
& complementum Sacramenti; consequenter satisfa-
ctio per suam potestatem ordinatur tantum ad opus
operatum, & ad partem sacramentalem. Vel dicas, hu-
iusti modi considerations se tenere tantum ex parte
penitentis, quatenus subiectum est huius Sacramenti;
consequenter Confessarium in penitentia iniungenda
non posse recedere à natura Sacramenti, cuius
finis est, ut totum opus, tam ex parte operati, quam
operantis solum profit ipsi penitenti. Deinde quan-
doque satisfactionem ex parte operantis in peccato mor-
tali nihil proficit, consequenter saltem in eo casu
mortuis frustratoria est. Demum opus operantis,
ut quid minoris conditionis, accessoriæ dependet ab
opere operato, & per ipsum regulatur: ergo soli
penitentis potest prodeesse, sicut opus operatum. Et
haec omnia docet Bordonus loco citato, qui citat Phi-
lippum à Cruz, à me ante adductum, cui adde Ve-
gam in Summa, tom. 2. c. 64. cap. 4.

2. Sed sententia affirmativa non desunt alij Do-
ctores, præter Turrianum, pro qua aduentendum
primò, in opere quolibet bono in gratia facta tria
reperiunt, videlicet, meritum, satisfactionem, & im-
petrationem, meritum alicuius portionis glorie, sa-
tisfactionem penar peccatis debitæ, & imprecatio-
nem beneficij alicuius à Deo. Secundò, in opere fa-
tisfactorio in penitentiam à Sacerdote impolito, du-

Dd 3 plicum

placem satisfactionem reperiri : alia est ex opere operato , quæ respondet operi , qua sacramentale est , & virtute Sacramenti elevatur : alia est ex opere operantis , quæ respondet operi , & estimationi eius , iuxta hominis feruorem , & charitatem.

3. Hoc supposito , afferit contra Sancium Petrus Marchant , in *Tribuna Sacramentorum . 1 . tract . 6 . tit . 3 .* quæst . 5 . quod fructus satisfactionis in penitentia imposita ex opere operantis procedens , potest applicari fidelibus defunctis , etiam de mandato Confessorij , cui acquirefere debet penitentis. Et hoc est , quod antiquæ præxes penitentiarum indicat : habent enim illa opera , præter bonitatem propriam , quandam charitatis diffusionem , qua homo pro peccatis suis satisfaciens , etiam ad proximum diffunditur. Ex gr. de elemosynam pauperi : per istud opus , & mea peccata redimo , & proximi indigentie confulo. Sic in sanctificationis penitentis imponit Confessorius Sacerdoti penitenti , ut pro defunctis celebret tres Missas ; Sacerdos illas celebrans subi acquirit portionem , quæ ex vi sacrificij ipsi celebranti ex opere operato debetur ; & portionem , quæ ex vi operis per Sacramentum penitentie elevari oritur : fructum autem Missæ , qui cæteris , pro quibus celebratur , applicari solet , tenetur ex vi praecipi Confessorij applicare defunctis. Quod & clarissime exemplificatur de penitente , qui tenebatur Officium Defunctorum pro defuncto certo tempore legere , & non legit , si Sacerdos illi pro penitentia illud legendum imponit , absque alia penitentia. Certum prind est , penitentiam priori obligationi per hoc satisfacere. Secundo , certum est , Officium illud Defunctorum sic ex priori obligatione imponitum , defuncte prodefessus , quia ad illud prius habebat ins. Tertio , certum est , penitentem per hoc , sacramentale penitentiam implere , & cum sacramentalis penitentia ex opere operato partem penitiae debita pro peccatis diminuat , consequenter dicendum est , illam diminutionem penitenti deberi. Ex his patet responsum ad rationem in contrarium propositam.

4. Et idem hanc etiam sententiam ex aliis rationibus , me citato , tenet etiam sapientissimus Pater Amicus in *Cur. Theolog. tom. 8 . disput. 16 . fett. 5 . dub. 3 . num. 63 .* ex eo , at ipse [quod penitentia sacramentalis iniungatur penitenti pro remissione penitiae alterius , non definit esse pars Sacramenti : ergo licetum erit ad hunc finem illam imponere. Antecedens probatur : quoniam , ut sit pars Sacramenti , sufficit , ut virtute clauium elevetur ad conferendum effectum ex opere operato , quem semper operabitur , siue imponatur pro remissione penitiae ipsius penitentis , sive alterius. Confirmatur : quia , sicut potest effectus impetratio Sacramenti applicari alijs ; ita & remissio penitiae. Ex his infertur , non solum pro defunctis , sed etiam pro viuis posse sacramentalem penitentiam imponi.

5. Dices : Claves sacramentales non se extendunt ultra spheram sue virtutis : sed virtus clavium non se extendit ultra bonum penitentis , in ordine ad quod sunt date claves Sacerdoti. Respondeatur , distinguendo minorem : virtus clavium non se extendit immediate ultra bonum penitentis , concedo ; mediæ nego. Etenim per penitentiam applicandam defunctis immediate procuratur bonum ipsius penitentis , dum eius morbo medetur , qui fortasse contra institutionem , vel charitatem deliquerit in defunctos ; mediæ vero bonum defunctorum.

6. Ex dictis patet ad fundamentum oppositæ sententia. Nam ex eo , quod penitentia imponatur applicanda defunctis , non tollitur , quin possit , saltem per modum medelæ , vel cautelæ , prodefessus penitenti ; ac proinde in tali casu Sacramentum suo fine non

frustraretur. Non infiior tamen , tunc sacramentalem satisfactionem , quoad proprium suum effectum remittendi penam ex opere operato , non prodefessus penitenti ; sed defunctis : verum hoc nihil obstat : nec repugnat Sacramento. Hucque Pater Amicus , quæ tamen omnia secundum eius mentem dicta esse effe.

7. Et tandem hanc sententiam affirmatiuam docet etiam Cardinalis de Lugo de Sacramenti. Penitentia , disput. 25 . num. 64. Pellizarius de Mon. cap. 10 . fett. 3 . num. 21 . 1 . & Calistrus Palau tom. 4 . tract. 2 . 3 . dispu. 2 . num. 3 . Concedunt namque , Sacramentum Penitentia ad delenda peccata penitentis , tam quoad culpm , quam penam instituta esse ; sed inde non infert , orationes pro animabus Purgatorij applicandas effectum in penitente habitibus non esse : habent quidem effectum ex opere operato , & virtute Sacramenti , qui à penitentia animabus Purgatorij communicari non potest ; tamen illis communiceat effectum , seu satisfactionem , illis orationibus correspondentem , quatenus ab ipso procedunt : qui effectus est omnino distinctus , & leparabilis ab effectu , & satisfactione , quem illæ orationes habent , quatenus à Confessario sunt iniunctæ , & pars Sacramenti penitentia constituta. Et id est his omnibus ego profus huic posteriori sententia affirmativa adhæreo. Puto tamen maturè procedendum in censurando priorem sententiam Sancii.

RESOL. XVIII.

An opinio aliquorum afferentium Confessorium non posse imponere penitentiam pro animabus Purgatorij sit improbabilis ?

Et obsernatur primo sepius Confessarios excusari à culpa imponentes leues penitentias in confessoriis ratione illius clausule : Passio Domini nostri &c. quanmis essentia ab solutionis consistat in his verbis. Absoluo te ?

Secundo posse penitentem commutare penitentiam in postam in melius.

Terter , tunc dilationem penitentia gravis esse nimiam , quando differtur post tertium diem , ab imposta penitentia.

Sed tandem queritur , an si tempus implendi penitentian à Confessario non sit prefixum , possit penitentia ad annum differri ? Ex part. 1 . tract. 8 . & Msc. 8 . Refol. 26 .

§. 1. A firmatus est respondet Turrianus in *selecciónes cent. 3 . Theol. dub. 1 . in fine*. Sed si haec censura effet vera feriret non solum Sancium , Veganum , Bordonum , & alios , sed etiam ex sua Societate virorum doctorum Andream Mendo in *Appendice ad Bellum Cruciatum disputation. 4 . cap. 8 . num. 6 . 2 . vbi sic ait*. Consequenter milii videtur opinio Ioannis Sancti negans , posse penitentiam à confessario iniungi applicandas pro animabus Purgatorij ; Et saltem affero , etiæ confessarij sententia oppositæ conformitorum in praxi raro esse eas penitentias iniuncturostum quia par est , consulete ipsi penitenti , & conari , ut penitiae ab ipso debita minuantur : tum quia penitentes iudicant , per opera iniuncta , quæ adimplent pro suis culpis , fastidier , nec obstat eam applicationem pro defunctis : atque adeo , si agnoscerent , nihil à se tolui pro penitentia debitis , forsan id ægræ ferrent , & se decipios putarent. Quæ omnia vitari congruum appareat. Ita Mendo.

2. Sed ego difficulter sequor Turrianum *missis* primum ad censurandas opiniones , ideo quicquid sit de probabilitate huius sententia , ego plures contraria